



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros
partitum**

Laymann, Paul

Moguntiæ

14. De Exorcismis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40716

spicitat, quam ad substantiam, adeo, ut quibusdam casibus etiam sine accepta benedictione, qui ordines sunt, exercere possit.

Abbas nomine conuentus non comprehenditur in odiosis: at in fauorabilibus V. C. priuilegijs comprehenditur, nisi ex adiunctis contraria mes concedentis appareat.

C A P. XIV.

De Exorcismis.

Exorcismus est sermo increpationis per modum imperij adjurationis contra spiritum immundum ad superandum illum per virtutem crucifixi.

Exorcismi in veteri Ecclesia vsitatissimi fuerunt, testatur id Justinus Martyr, Tertullianus, Cyprianus.

Res etiam inanimatae quodammodo adiurari possunt, idq; duobus modis: primò vt adiuratio directè referatur ad Deum per modum obsecrationis ad creaturam verò per modum imperij, quatenus necessariò subditur motioni creatoris Dei: sic Christus Matth. 18. Imperauit ventis & mari: Seeundò vt adiuratio directè tendat ad Diabolum per modum imperij, vt ab hac aut illa creatura, hoc vel illo loco abscedat, vel arcere non præsumat; Et iste est propriè dictus exorcismus, quo utimur V. C. in benedictione aquæ, salis, ita vt eodc opere p crucē & merita Christi arceamus Diabolū ab omni machinatione circa tales creaturas per usum earundem Dei circa nos auxilium

lium, & protectionem impetremus. Huc etiam spectat exorcismus tempestatum contra animalia venenosa.

4 Exorcismi ad pellendos Dæmones ex corporibus obsessorum semper in Ecclesia visitati fuerunt, ut videre est in Consilio Carthaginensi 4.c. 7.

5 Minister exorcismos adhibens præparatus esse debet & multa obseruare, vt bonus effectus sequatur, ante omnia autem diligenter inquirere an homo verè à Dæmone obsesus sit, ne frustra remedia Ecclesiæ adhibeantur ad tales fines, & effectus, quam ordinata sunt; Deinde si constet hominem esse obsssum, exorcista debet se munire scuta fidei Eph. 6. Matth. 17. Deinde pura conscientia, orationibus & jejunis per aliquot dies Marc. 9. Familiares & domesticos obsessi ad pœnitentiam & communionem, & Orationes horarii exclusis curiosis. Deinde

6 Exorcismos non quoslibet, sed approbatos ab Ecclesia usurpare oportet, siquidem orationes proprio ingenio compositæ suspectæ esse solent, & non tam efficaces, quam si Ecclesiæ auctoritate & iusu instituerentur. Quod si etiam exorcista, nihil efficiet, nihil ideo animo commoueridebet, sed consolari afflictos eiusmodi molestias ac detrimenta permitti à Deo, quia secundum sapientissimam eius prouidentiam non expedit tolli, & ideo etiam vt ad divinum auxilium à diabolo diutius afflitti maiore fide, & animi feroce accurrant.

7 Dæmon non per modum obseruationis, vt aliquid discatur ab illo, sed per imperium pellendus est

etiam
imalia
rpori-
erunt,
2.7.
tus esse
tus se-
ere an-
tra re-
& ef-
et ho-
unire
onsci-
t dies
d pœ-
shor-
tos ab-
tiones
solent,
orta-
xorcis-
eride-
tias ac-
a sapi-
tolli,
abolo
ore ac-
vtali-
endus
est

est exorcismis, alias mortale, quia cum Dæmone, Christi & humani generis hoste nullum societas cuiuscunq; colloquium aut commercium instituere licitum est, sed tantum, ut hostem cum perseguiri per modum imperij, coactionis, expulsionis, neq; ad varia curiosa edicenda Diabolum adiurare oportet, sed ea, quæ ad rem pertinent videlicet de numero, nomine obſidentium, de tempore quamdiu, & de cauſa, quibus autem satiſverbis aut signis viderit Exorcista Dæmonem magis vrgeri, ijs magis ac crebrius instet, si autem viderit obſessum aliqua parte corporis commoſeri, pungi, vel tumorem apparere, ibi crucis ſignum & aquam benedictam, quæ ſemper in promptu eſſe debet, adhibere non intermittat.

TRACTATVS X.

De Matrimonij Sacramento.

Pars prima de sponsalibus.

C A P. I.

De Constitutione sponsaliorum.

Sponsalia à ſpondendo dicta ſunt teste Vlpiano, ^t
quia moris erat veteribus Romanis ut pueri
amis ſub cuius cura & potestate erat, ſpondere
alteri uxorem dare; quare ille sponsor, hæc ſpon-
fa